

*Romae rep. ante portam Latinam, lamina plumbea olim in volumen complicata, iam possidet doctissimus Wünsch (I 819. VI 441 vidit Henzen; cf. Berliner philol. Wochenschr. 1905 p. 4076). — 1) Novicia. — 2) h errore omitta postea inserta est (cf. not. 3; noli audire Birtium Hiat bei Plautus p. 151). — 3) Hostiam.*

8748 Q. Letinium | Lupum qui et | vocatur Cau|cadio, qui | est fil[ius] Sal|lusti[es Vene]ries sive Ven[e]riosos hunc | ego aput vos|trum (in parte aversa) numen de|mando devo|veo desacri|fico, uti vos A|quae ferventes, | siv[e] vos Nimfas | [si]ve quo alio no|mine voltis adpe|[l]lari, uti vos eu|m interemates | interficiates (sic) | intra ann|um tusm .<sup>1</sup>

*Prope Arretium rep. in fonte aquae acidulae di Poggio Bagnoli vel certe prope eum fontem, tabella plumbea, est Arretii (XI 1823 vidit Bormann). — 1) tusm non intellegitur.*

8749 quomodo mortuos qui istic | sepultus est, nec loqui | nec sermonare<sup>1</sup> potest, seic | Rhodine apud M. Licinium | Faustum mortua sit nec | loqui nec sermonare possit<sup>2</sup>. | Ita uti mortuos nec ad deos | nec ad homines acceptus est, | seic Rhodine aput M. Licinium | accepta sit et tantum valeat, | quantum ille mortuos quei || istic sepultus est. Dite<sup>3</sup> pater, Rhodine | tibi commendo, uti semper | odio sit M. Licinio Fausto. | Item M. Iledium Amphionem. | Item C. Popillium Apollonium. | Item Venonia Hermiona. | Item Sergia Glycinna.

*Romae rep. extra portam Latinam, lamina plumbea (I 818. VI 440 Ritschl tab. XVII 30). — 1) Cf. Gell. 17, 2, 17. — 2) Similiter in lamina Osce scripta (Audollent n. 192): nep deikum nep fatium putiad. — 3) Eadem forma vocativi in simili tabella Calena Eph. ep. 8, 529 (Wünsch mus. Rh. 55 p. 240).*

8750 (daemon — Typhon Seth — arcum lenens. A sinistra daemonis multa perierunt, a dextra supersunt haec) . . . . | filius . . . . . | qui . . . . o ab hac ora ab hoc die ab hac nocte | t . . . m tic . . . te | tere contere confri[ng]e e[t] . . [t]rade | morti fili[u]m Aselles Praeseti[ci]um pristinarium<sup>1</sup> | qui manet in regione nona ubi videtur arte sua | facere, et trade Plutoni praeposito mortuorum, | et si forte te contempserit, patiatu[r] febris | frigus tortionis palloris sudores obbripi|lacionis<sup>2</sup> meridianas interdianas seru|tinas nocturnas ab hac ora ab hoc die ab hac<sup>3</sup>, | et perturba eum ne re- praensionem abeat<sup>4</sup> | et si forte occansione invenerit<sup>5</sup>, praefocato eum | Praestetium fili[um Asell]es in termas<sup>6</sup> valneas<sup>7</sup> in quocumque loco | cupede<sup>8</sup> frange Pr[aesetici]o Aselles, et [si] forte te seducat per aliqua | [arti- fici]a et rideat de te et exsultetur tibi, | vince peroccide filium mares<sup>9</sup> Praesete|cium pristinar[is]um filium [A]selles | qui manet in regione [nona, ed]e ede | tacy tacy<sup>10</sup>. (Prolomae tres, ad quas adscriptum) Victor — Asella | mater — Prae[se]tici[us] | pris[tina]r[is].

*Romae rep. ad viam Appiam tabula plumbea, una cum multis aliis, in columbarii cuiusdam ollis cinerariis (VI 33899 de Rossi bull. Inst. arch. 1880 p. 6—9, Wünsch Sethianische Verfluchungstafeln p. 6. 7, Audollent n. 140). Reliquias inscriptionis quae a sinistra daemonis exlatat, item litteras magicas Graecas in ipsa*